Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Da

sedit Vestimentum eius quasi nix candidum et capilli capitis eius quasi
lana munda. Thronus eius flamma ignis. rote eius ignis accensus
fluminis ignei rapidus qui egredietur a facie eius. millia millium
ministrabant ei et decies milies centena millia assistebant ei iudicium
sedit et libri aperti sunt. et ecce cum nubibus celi quasi filius
hominis venebat et usque ad antiquum dierum pervenit et in conspectu eius
obtulerunt eum et dedit ei potestatem et honorem et regnum. et omnes populi
tribus et linguae ipsi servient. potestas eius potestas eterna. quae non auferetur
et regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus. ego da
niel arrisus in his sum timoribus. et visiones capitis mei conturbaverunt
me. accessi ad unum de assistentibus et veritatem quaesivi ab eo de omni
bus his qui dixit mihi interpretationem sermonum et edocuit me. Haec
bestiae magnae quatuor quatuor regna consurgent de terra. Et sapientes
autem regnum sanctorum altissimi et obtinebunt regnum usque in saeculum
et saeculum saeculorum. Postea volui diligenter discere de bestia quae erat dis
similis valde ab omnibus et terribilis nimis dentes et ungues
eius ferrei comedebat et comminuebat et reliquum pedibus suis con
calcabat. et de cornibus decem quae habebat in capite et de alio quod orta
fuerant ante quod ceciderunt tria cornua et de cornu illo quod habe
bat oculos et os loquens grandia et manus eius aliae ante. Aspiciebam
et ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos et praevalebat eis
donec veniret antiquus dierum et iudicium dedit sanctis excelsi et
tempus advenit et regnum obtinuerunt sancti et sic ait bestia
quarta. regnum quartum erit in terra quod erit maius omnibus regnis
et devorabit universam terram et conculcabit et comminuet eam
Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt. et alius
consurget post eos. et ipse erit potentior prioribus et tres reges
humiliabit et sermones contra excelsum loquetur. et sanctos
altissimi conteret. et putabit quod possit mutare tempora et legem
et tradentur in manu eius usque ad tempus et tempora et dimidium